Mone, Franz Joseph [Hrsg.]: Quellensammlung der badischen Landesgeschichte (Band 4: [Lateinische Chroniken, Lebensbeschreibungen])





habeo tantisper adhuc illo utendum duxi. Haec sunt, quae praeter meam expectationem insinuare et rogare debui, manens reverend. paternitatis vestrae filius obedientissimus prior Maurus Geiger.

Ettenheimbmünster, 18. December 1676.

Original im Ettenheim-Münster'schen Briefbuche Nr. 7.

76. Copia decreti remissarum pensionum de annis 1676 & 78.

Ihro hochfürstliche Gnaden Herr Franz Egon, Bischoff zu Straßburg, unßer gnedigster Herr, befehlen dero Ambtschaffnern zu Ettenheimb wegen landtkündigen grossen Ruin undt vilfeltigen Außplünderungen des Gotthauß Ettenheimbmünster, die järliche uff Martini verfallene Kasten Vogtey Pension ad hundert und dreissig Viertel Haber, so dann hundert fl. ahn Gelt, von gedachten Gottshauß pro annis 1677 und daß verflossene Jahr 1678 nit zu forderen, in Massen obgedachte Pension in Crafft gegenwürtigen seiner hochfürstlichen Gnaden gnedigsten decreti nachgelassen sein solle. Urkhundt höchstgnädigst ihrer hochfürstlichen Gnaden Handtzaichenß und vorgetruckhten Secrets. Signatum Paris den 7. Martii 1679.

Frantz Egon, e.

Concept in der Hs. Nr. 325 b.

77. Bericht des Priors Maurus Geiger an den Abt Franz, z. Zeit in St. Gallen, d. d. Ettenheim-Münster, 13. Febr. 1678.

Reverend. pater, amplissime praesul, domine colendissime etc.

Per hunc expressum mitto reverend. paternitati vestrae impertitam abs domino vicario generali licentiam pro tribus fratribus nostris, sed et pactum Marianum reverendissimo Altorfensi transmissum. Quod statum provinciae nostrae attinet, fit is in dies miserabilior, nam praeterita hebdomade exusti [1] a Gallis sunt vici [2]: Maldterdingen, Theningen, Dudtschfelden, Aystädten; pagus Riegel in summo versatur discrimine, quod comendator arcis Hochberg* subditos eius pagi cogere velit ad operas pro fortificatione praestandas, Galli e contra sub comminatione incendii prohibeant. Ego abs eodem commendante et eo, qui moratur in Haslach, varie vexatus fui ratione subditorum, sed deo sint laudes, praesens cum utroque locutus rem bono fine terminavi, ut subditi nostri adhuc quieti domi remaneant, licet in Hochberg quotidie 20 cum duabus vecturis in opere fortificationis laborent, quod pro monasterio opellae praestare potero, non deero. mitto dominum secretarium Argentinam cum 10 Fueder Wein von Endingen et Ettenheim. De caetero me commendans maneo reverend. paternitatis vestrae filius obedientissimus.

Ettenheimmünster den 13. Febr. 1678.

p. Maurus Geiger.

P. S. Pr. Bernhardus aliquo tempore aegrotavit, sed reconvaluit.

Original in dem Ettenh.-Münster. Briefbuche Nr. 7.

[1] exustae, Hs. [2] vicus, Hs.

* Quirin von Höhnstett, seit Anfang des Jahres 1677 Commandant auf der Hochburg. S. Herbst, die Burg Hochburg, S. 129. Dieser Brief ergänzt jene Schrift S. 137. Die Befestigungsarbeiten der Hochburg erzählt Herbst erst beim Juni d. J. 1678. S. S. 141.

78. Bericht des Priors Maurus Geiger an den Abt Franz z. Zeit in St. Gallen, d. d. Ettenheim-Münster, 6. März 1678.

Rev. pater, amplissime praesul, domine colendissime,

Primas sub 10 Febr. secundo Martii accepi. Misi d. Vicario Generali inclusas, sed responsum nondum accepi. Alteras* pro occasione etiam domino competenti submittam. Equus, de quo mentio, vix ob sui parvitatem equitationi serviet. Sebastianus puer ad nos rediit sanus. Statum nostrum domesticum, quem scire desiderat, abs latore** aut resciverit aut rescire poterit totum. Quantum ad ultimas ad nos conventuales, habemus r. patri nostro grates pro paterna adhortatione nos partibus nostris non deerimus, quamdiu bonus deus nos incolumes servarit, ut adeo r. paternitas v. secure onera sua in nos partiri poterit. Quantum ad privatas ad me datas et decretum adiunctum, convocavi secundo huius rr. pp. et eis rem totam exposui et omnium sententia dom. Seniorem, causa ipsi insinuata et voluntate scripta r. paternitatis v. exhibita (cuius copias petiit et obtinuit) in suo conclavi inclusi. Ad quam insinuationem vere quidem obedientiam spopondit, sed adiunxit, se bene scire, quod domino abbati nunquam acceptus fuerit. „Jetz hab er Ursach, daß er endtlich ausbrech. Er hab die Schweitzer zu Leüth gemacht, ietz hab er den Dankh". Petiit licentiam scribendi rev. paternitati v., quam dixi, eum alias habere scribendi ad superiorem, postea voluntatem retractavit, sed dixit, se petiturum visitationem (vel congregationem, dubito): „so müeß man dan einen nach dem anderen schähren". Ubi discessit ad conclave, eius fuere verba: „ich will

* Ein Concept zu einem Schreiben des Abtes Franz an seinen Convent, d. d. St. Gallen, 19. Febr. 1678 ist in dem Copeibuche Nr. 329 a.

** Der Ueberbringer des Briefes.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/mone1867-4/0239
© Universitätsbibliothek Freiburg